



Div. Lib.

BS
3559

.9
Sci

Codex...Rehdigerianus.





The University
Library



HENGSTENBERG CO

University of Chicago
Libraries



BERG COLLECTION

BS 3559

19

22

1111

1111

1111

REVERENDISSIMO MAGNIFICO

EXCELLENTISSIMO

**IOHANNI FRIDERICO
BURGIO**

REGI BORUSSORVM POTENTISSIMO A SACRIS CONSILIIS

VRATISLAVIENSIVM ECCLESIA RV M ET SCHOLARVM

A. C. INSPECTORI SPECTATISSIMO GRAVISSIMO

SACRI SENATVS IBIDEM ADSESSORI PASTORI AD AEDEM

ELISABETAE VIGILANTISSIMO

SANCTIORVM DISCIPLINARVM IN VTROQVE GYMNASIO

PROFESSORI PRIMARIO LONGE CELEBERRIMO

CET. CET.

THEOLOGO IVBILAEO PRINCIPI

CONSVMMATISSIMO

VIRO
DE PVRIORI EVANGELICA DOCTRINA
DEQVE OMNI LITTERATO ORBE
IMMORTALITER MERITO

MAECENATI SVO
AETERNVM DEVENERANDO

IN MENTIS DEVOTISSIMAE IN PECTORIS LAETITIA
EXSVLTANTIS INQVE OBSEQVII
DOCUMENTVM






IPSO FESTO IVBILAEO

A. cIo lccclxiii d. xxviii MARTII

OPVSCV LVM HOCCE LEVIDENSE

DEMISSISSIME OBSERVANTISSIMEQVE SACRVM ESSE CVPIT
IOHANNES EPHRAIM SCHEIBEL

Quem-



I

Quemadmodum ea est bibliothecae Rehdigerianae, templo apud Vratislavienses Elisabetano iunctae, ab immortalis famae fundatore THOMA A REHDIGER ET SLISA ita dictae, semperque, quocumque modo augeatur, nominandae (*) celebritas, vt, siue codicum manu exaratorum et typis expressorum pretium et copiam spectes, siue ad artis et naturae opera rarius obuia attendas, inter celeberrimas Germaniae bibliothecas locum mereatur; ita multi adhuc latent in ea thesauri absconditi, ab iis in litterarum incrementum recludendi, quibus sese istiusmodi laboris iucundioris suscipiendi occasio vltro offert. Proinde quum mihi hac docta voluptate tum olim perfrui licuerit, tum benevolentissime etiamnum concedatur, fieri haud aliter potuit, quin *Codicem quatuor euangeliorum latinum* in ista bibliotheca seruatum prae multis aliis dignissimum esse iudicauerim, cuius cum *textu Graeco vulgataque versione* collatio institueretur. Neque etiam, posteaquam id negotii sum adgressus, spes me frustrata est; siquidem primo tantummodo folio inspecto factaque cum editis libris comparatione varietates a nemine, quantum quidem noui, obseruatas et sacrae criticae fortassis profuturas reperi. Qua etiam in opinione vt consisterem operis demum continuatio mihi

(*) KRANTZII Memorab. Bibl. publ. Elis. Vrat. Rehdig. Vratisl. 1699, 4, Praef. (c) 3.



vehementer persuasit. Enimvero haud vna ex causa difficilem me esse adgressum laborem optime intelligo. Me namque summorum in his litteris virorum de libris libellisue hoc aevo in publicum edendis desideria non fugiunt. In primis vero subsidiis nonnullis huic scriptiois generi maxime conducentibus hic loci destitutor, quae sunt *Novum Testamentum Iohannis Iacobi Wetstenii, Biblia veteris versionis Italicae Petri Sabatierii et Iosephi Blanchini Evangelioria*. Vt autem ab eo semel coepto abstinuissem tantum abfuit, vt potius, si vel maxime falcem in alienam segetem immisisse viderer, nihil aliud nunc quidem a me agi posse perspexerim, quo publicum obsequii, reuerentiae, summaeque laetitiae testimonium, verbo, opusculum, cui, quod ipsi verecunde praefixi, nomen splendidissimum omnem suam dignitatem conciliabit, his ipsis diebus ederetur.

II

Omnis mea de codice quatuor euangeliorum latino Rehdigeriano commentatio hoc fere ordine commode absoluetur. Agendum namque erit de contentis in genere et indole eius externa, ac exinde coniicienda aetate; tum de interna, quorsum orthographia, in primis vocabulorum peregrinorum, diuersa ab editione vulgata lectio et lectionum in opere *Milliano* non exstantium recensio, denique diuisio in titulos et capita spectat. In hac autem priori sectione de euangeliis Matthaei et Marci agere animus est, quam Lucas et Iohannes in posteriori, alio, Deo ita volente, tempore excipiet, si modo haec ipsa eruditio non displicuerit.

III.

Continet codex Rehdigerianus quatuor euangelia, Matthaei scilicet, cuius autem initium deest, vbi verba cap. II, 15 *filium meum* prima statim pagina, linea prima, occurrunt. Sequitur Marcus, praeviis prologo et capitulis parabolarum; post prologus in Lucam et parabolarum capitula, nec non eius euangelium. Prologus in Iohannem et capitula desunt, cuius euangelium a verbis cap. I, 16 *eius nos accepimus* incipit, et cap. XVI, 13 hisce: *sed haec quaecumque audit loquetur et futura vobis* finitur. De prologis & capitulis in altera sectione agendum erit. Totus autem codex est membranis inscriptus, plerumque puris et crassioribus, propter aetatem vero flavescentibus, et exceptis vltimis in Iohanne bene con-



conseruatis. Foliis constat CCLXXXIII, quaternionibus, (*) quorum iam post compactionem longitudo octo, latitudo septem digitos Rhena- nos decimales aequat. (**) Indubiis autem ex indiciis hanc olim istam excessisse iudicandum. Atramentum de antiquitate abunde testatur, et ex parte euanuit. Verum sine vlla haesitatione aut difficultate omnia legi possunt. Rubro colore, (***) minio speciatim, eadem tamen cum reliquis litteris magnitudine, scriptae sunt titulorum et capitulorum priores duae tresue lineae, aut prima, tum numeri, qui in margine titulos et capitula, et sub singulis paginis harmoniam indicant. Quaelibet pagina est in duas columnas subdiuisa, quarum quaeuis, mutato nunquam hoc, nisi opus fuerit, numero viginti lineis constat.

III

Litterae per totum librum sibi quoad formam et magnitudinem egregie similes conueniunt cum specimenibus apud MABILLONIVM ex codice epistolarum Paulinarum Graeco-Latino in coenobio S. Germani Parisi- no (****) et ex Psalterio S. Germani Sec. VI (****) desumptis aeri- que incisis; quibus etiam aliud quoddam specimen a Rev. FRANC. ANT. KNITTELIO in opere Viphiano ante annum edito (*****) addi potest. Exinde itaque vt et ex lectionum diuersitate simulque orthographia, non obstante manifesti indicii absentia, aetatem codicis vltra duo annos adscendere statuimus; immo litterae Longobardicae seculo septimo aut octauo (*****) a peritis vindicantur. Quare, vt exemplum scripturae
CO-

(*) Quatuor nimirum foliis duplicatis sibi inuicem insertis. Aliter quaterniones, duerniones cet. explicat *Chr. Gottl. Schwarzius* de Orn. libror. Disp. III. §. 13. pag. 155 sqq. Edit. a I. *Christ. Leuschnero* V. Cel. Lips. 1756, 4. curatae.

(**) Peruetustum esse igitur librum nostrum vel ex hoc argumento patet. Vid. *Schwarzius* l. c. §. 15.

(***) Cuius de vsu vid. *Neues Lehrgebäude der Diplomatik von einigen Benediktinern in Frankreich*, P. I §. 644.

(****) de re dipl. p. 347. Num. 5.

(*****) p. 357. Num. 1.

(*****) Viphilae versio Gothica nonnullorum capitum epistolae Pauli ad Rom. Brunsw. 1762, 4. Tab. V. ex codice rescripto;

(*****) *Chron. Gottwicense* T. I. p. 17.



codicis Rehdigeriani aeri incideretur, opus non esse visum fuit. Sed vt de aliis momentis eo adcuratius iudicari possit, specimen duplex diligenter transcriptum exhibendum erat, vbi, quae in compendio scripta sunt, parenthesi includi debuerunt. (*)

V

Amplior itaque de interna codicis indole superest tractatio, quorum orthographia ante omnia pertinet. Enimuero recensio vitiorum etymologicorum et syntacticorum omittenda erat, qualia haud raro occurrunt deque librarii ignorantia clarissime testantur v. g. Matth. III, 12. *inextinguibili*, III, 18. *retem cet.* Medelam vero iis attulit alia manus eodem, quo codex exaratus est, aeuo, testibus atramento et literarum figura, reliquis licet minore. Quae inter collationem secundum orthographiam latinam CELLARII institutam selectiores succurrerunt obseruationes, ad haec capita redeunt.

1) C pro CH in: *carissimus, lacrimis, sepulcrum.* E pro I et v. v. frequentissime, vt: *ereticis, osseo, teloneum, scabillum, stillae, oportet, deluculo, triginta, bestis cet.* V nunquam, sed semper U, ita et in numeris; I perpetuo, nunquam J. Sic semper omittitur J aut IJ perperam exstante in editione *Clementina* in compositis ex *iacio*, vt: *proicio, cicio*, et I in compositis ex *eo*, vt: *abisset, exisset, obisset*; item saepe U in *iii* cet. et post GU, v. g. *extinguuntur, langoribus.* Sed tamen *unguebant, unguerent* legitur.

2) Diphthongi AE et OE semper diuiduntur, loco autem ipsius AE haud raro E vncatum (e,) occurrit, aut E nudum, et vice versa, v. g. Matth. V, 22. *fatuae.* Immo *ae, oe* et *e* perpetuo inter se permutantur, ita, vt regulis a librario sibi praescriptis definiendis impares profusissimus.

3) In Consonantibus alternat B cum U v. g. *adiuba, cibitates, labent, negaui, dauit, humiliavitur, abe, intrauitis*, cum sensus quoque mutatione (**)
v. c. Marc. XIII, 15. *demonstrauit*, Matth. III, 12. *congregauit* XXV, 32.
sepa-

(*) Vid. in fine Tab. I, II.

(**) Hae igitur lectiones pro variis haberi nequeunt, quamuis hanc sententiam foueat *Franciscus Lucas Brugenfis* in Varr. lect. lat. N. T. Bibl. polygl. Lond. T. VI, passim.

separavit, VIII, 17 *portabit*, XI, 15 *praeparavit*, cet. D et T permutantur saepissime v. g. *illut*, *alint*, *aput*, *quod*, *quodquod*, *reliquid*. G propemodum cum C figura sua conuenit. N est abundans Matth. XIII, 8 *centensimum*, *sexagensimum*, *tricesimum*. Loco Q est C in *cotidie*, *cottidianum*, *comodo*, sed Matth. XXVII, 24 *quoram*.

4) Ex praepositionibus in compositione mansit *ad* ante *d*, *f*, *l*, *n*, *p*, *r*, excepto *ascendo*, et ante *t* in *adtulit*. Suum *m* nonnunquam retinuit *circum* in *circumire*, ante *p* autem *con* suum *n* v. g. *conplacui*, *dis* in *disrumpe*, in suum *n* ante *p*, *r*, *m*, et ante *l* in *inlusus*, *inludent*.

5) H praefigitur et omittitur v. g. Marc. XIII, 35 *hab eo*, XV, 25 *ora*, ita et *ua*, *habieritis*, *harundinem*, *holeribus*, *habe pro auc*, *habete*, *heulantes*, contra *amum*, *odiernum*, *aestauerit*, *ynnun*, *exibebit*.

6) Signa distinctionis ex eodem specimine cognosci possunt, quod exhibuimus. Ita quoque eo scriptum esse aeuo librum patet, quo verba continua ponendi consuetudo nondum prorsus exoleuerat.

7) Literarum et figura et magnitudo paullo maior reliquis est initia-
lium sectionum minorum, maxima ab initio prologorum, et capitulorum,
ac euangeliorum, quae ipsae variis coloribus, rudi tamen Minerua, sunt
pictae.

8) Scripturae compendia, praeter lineolam transuersam loco *m* et *n* positam, reperi in sequentibus tantummodo uocabulis et syllabis :
dad (Dauid) *ds* (Deus) *dns* (Dominus) *isl* (Israel) *xps* (Christus) *ibs* (Iesus)
qum (quoniam) *sp̄s* (spiritus) *sc̄o* (sancto) et in *ur*, *ar*, *us*, *ll*, *re*, *bus*, *nt*, *ae*,
de quo supra. Praecipue eiusmodi occurrunt in fine linearum.

9) Ex aliis uocabulis sequentia collegimus : *arta* Matth. VII, 14
adulescens, *arcessito*, *caelum*, *caecus*, *caena*, *calciamenta* Matth. III, 11, X, 10,
Marc. I, 7, *calciator* Marc. VI, 9, *faemina*, *faenum*, *gluttientes*, *intellegere*
perpetuo, *litus*, *lucusta*, *milia*, *muntiare*, *nubriae*, *nubrium*, *nuberit*, *obocdire*,
orceorum Marc. VII, 4, *paecunia*, *paenitentia*, *praecari eum deriuatis*, *praec-*
ben-



bendo cum deriuatis, pelliciam Matth. III, 4. Marc. I, 6, *praetium, promptus, puplicani* Marc. VIII, 10, 11, *quattuor, quicquam, quotiens, scripturae, scribit, cet. sigillatim, solliciti, sollicitudo, spargere* in compositis par a. *spungiam, temptare cum deriuatis, uindet, uindidit* Matth XII, 44, 46, *unguere.*

VI

Maiores momenti est vocabulorum, quae non sunt originis Latinae, varietas inter collationem codicis cum ipsa editione principe & authentica versione vulgatae Clementina obseruata. Prodiit autem ista sub titulo: Biblia Sacra Vulgatae Editionis Romae ex Typographia Apostolica Vaticana M. D. XCII. fol. Quem in finem hoc & subsequenti paragrapho iuxta lectionem vulgatae proxime codicis nostri lectionem posuimus.

Abiathar) abithar Marc. II, 26. *Arimathaea*) arimathia Matth. XXVII, 57. Marc. XV, 43. *Barabbam*) barraban Matth. XXVII, 17. Marc. XV, 7. 15. *Beelzebub*) (1) beelzebul Matth. X, 25 et alibi. *Bethlehem*) (2) bethleem Matth. II, 16. *Bethsaida*) bethsaida Matth. XI, 21. *boanerges*) boanerges Marc. III, 17. *Caipham*) (3) caiapham Matth. XXVI, 57. *Cananaeus*) chananaeus Matth. X, 4. Marc. III, 18. Vnde MILLIUS emendandus, qui ad istum locum notat: *Xavavaiōs Cant. Vulg. Copt. corban*) corban Marc. VII, 11. *Daniele*) danielo Matth. XXIII, 15 sed danihelo Marc. XIII, 14 quo de loco in subsequentibus. *didrachma*) didraginam Matth. XXVII, 24. *elemosynam*) elemosynam Matth. VI, 2, 3, 4. *Eli Eli lamma*) heli heli lema Matth. XXVII, 46. *Eloi, eloi lamma*) heloi, heloi, laema Marc. XV, 34. *Eliam*) heliam Matth. XVI, 14 seqq. *Genesar*) (4) gennesar Matth. XIII, 34. *Genesareth*) genesareth Marc. VI, 53. *Gomorrhaeorum*) gomorreorum Matth. X, 15. *grabatum*) (5) grabbatum Marc. II, 4, 9. *Hakeldama*) acheldemach Matth. XXVII, 8. *Hosanna*) ofanna Matth. XXI, 9. Marc. XII, 10. *Jeremiam*) hieremiam Matth. XVI, 14. *Iericho*) (6) hiericho Matth. XX, 29. Marc. X, 46. *Ierofolyma*) (7) hierofolyma Matth. III, 5 alibi per o. Sic hierofolymite, Marc. I, 5. *Ioannes*) (8) iohannes Matth. III, 1 et alibi. *Ionas*) iona Matth. XII, 41. *Iordanem*) iordannem Matth. III, 5. Marc. I, 5. *Ifaiam*) esaiam Matth. II, 23, quo de loco infra, III, 3. Marc. I, 1. sed isaias Marc. VII, 6. *Iscariothes*) scariothes Matth. X, 4 scariothes Marc. XIII, 10 scarioth Matth. XXVI, 14. Marc. III, 18. *Israel*) ifrahel Matth. II,

II, 21. *Leui*) leui Marc. II, 14. *mammone*] (9) mamonae Matth. VI. 24. *Moyſes*) (10) moſes Marc. VII, 10, moysi Matth. XXIII, 2 moyſi XVII, 4. *Nazaræus*) (11) nazoreus Matth. II, 23 nazoreo XXVI, 71 nazoreus Marc. X, 47 nazoreno XIII, 67. *Nephtalim*) neptalim Matth. III, 13. 15. *Niniuitæ*) (12) nineuitæ Matth. XII, 41. *numiſma*) (13) nomisma Matth. XXII, 19. *paraſceuen*) paraſcheuem Matth. XXVII, 62. *paropſidis*) parapſidis Matth. XXIII, 25 [ſeqq *raca*] racha Matth. V, 22. *Talitha*) tabitha Marc. V, 41. *theſaurizare*) thenſaurizare Matth. VI, 19 thenſaurum Marc. X, 21. In hiſce vocabulis igitur lectiones non ſpernendæ occurrunt, quales quidem ex noſtra ſententia numeris diſtinximus.

VII

Vulgatum textum editionis Clementinæ non eſſe vulgatam, veterem, communem, multo minus Hieronymianam, notiſſimum eſt omnibus rei criticæ peritis. Sic etiam eiſdem reſtitutioni vano huc uſque conſilio operam fuiſſe datam, quamuis vel ex inſigni codicis Rehdigeriani editæque verſionis diſcrimine modo recensendo non ſine aliqua probabilitate de ipſa hac cauſa nondum penitus deſperata ſententiam foueamus. In hac autem locorum collectione tranſpoſitiones vocum, ſenſum non turbantes frequentiffime obuias v. g. Matth. II, 19 *ecce angelus Domini apparuit*) ecce adparuit angelus dñi, et perpetuam alternationem pronominum *is, ille* conſulto omiſimus, nonnullas adiecimus, vt pateat, ordinem verborum in editione vulgata, non autem in codice eſſe mutatum, huncque textui magis eſſe conformem. Sunt quoque in noſtra collectione minutiae, quas tamen, ne omittendo peccemus adiecimus. Breuitatis denique cauſa litera *A additionem, O omiſſionem* indicabimus.

MATTHAEVS

II, 21. *conſurgens*) exſurgens. 22. *illo*) illuc.
 III, 5. *Ieroſolyma*) A. *omnis. et omnis regio*) A. qui morabantur. 7. *ventura*) futura. 9. *de lapidibus*) ex lapidibus. 11. *in aqua*) O. in. 12. *Cuius ventila-
 labrum*) habens uentilabrum. 13. *vt*) ubi. 16. O. Ieſus. A. de caelo.
 III, 5. *ſuper*) ſupra. 5. 8. *aſſumpſit*) aſſumit. 10. A. retro me. 11. *acceſ-
 ſerunt*) aſcenderunt. *traditus eſſet*) traditus eſt. 15. *via*) uiam. *Galilæa*)
 galilæae, 16. *umbra*) et umbra. 18. O. Ieſus.



- V, i. O. Iesus. 15. *super*) supra. 18. O. quippe. a *lege*) ex lege. 22. *fratri suo*) A. sine causa. 23. *offers*) offeres. 36. *iuraueris*) iurabis. 38. *& dentem*) O. et. 40. *dimittite*) remitte. 41. *& alia duo*) O. et. 45. *super bonos, & malos*) super malos et bonos. *pluit*) pluet.
- VI, 1. *non habebitis*) non habetis. 4. *in abscondito*) in abscondito. A. palam. 6. *oraueris*) orabis. A. palam. 7. *quod*) quia. 8. *quid opus*) quibus opus. 10. *Adueniat*) ueniat. 11. *super substantialcm*) cottidianum. 13. O. Amen et Doxologia 14. *& vobis*) O. et. 15. *dimittet vobis*) O. vobis. 16. *appareant*) pareant. Ita semper. 24. *odio habebit*) odio habet. *diliget*) diligit 25. *plur*) A. est, 26. *magis pluris*) magis plures. 28. *neque neunt*) neque merent. 30. *modicae fidei*) minimae fidei. 31. *aut quo*) aut quid. 32. *haec enim*) haec autem. 33. *ergo*) autem. *sibi ipsi*) sibi ipsi.
- VII, 2. *In quo enim*) in quo autem. *remetietur*) metietur. 9. 10. *porriget*) porrigit. 13. *quia lata via est*) quam lata uia. 14. *via est*) O. est. 23. *Et tunc*) O. et. 25. O. *& non cecidit usque ad verba usque* 27. *et irruerunt in domum illam.* Leguntur haec omnia in margine eodem aevo addita, docente characterum similitudine et atramenti colore. 28. *super doctrina*) super doctrinam.
- VIII, 3. *Iesus post tetigit eum.* 8. *verbo*) uerbum. 17. *accepit*) accipiet. *portauit*) portabit. 18. *iussit*) A. discipulis suis. 20. *nidos*) tabernacula. 22. *sepelire*) sepeliant. 25. O. ad eum discipuli eius. 26. *uentis*) uento. 27. *Porro homines*) homines autem illi. *quia*) A. et. 29. *Et ecce clamauerunt*) et exclamauerunt. O. Iesu. 31. O. hinc. 32. *per praeceptis*) O. per.
- VIII, 5. *an*) aut. 6. *quia*) quoniam. 9. *transiret*) transisset. 15. *lugere*) ieiunare. 17. *conseruantur*) conseruabuntur. 18. O. Domine. Quod addit Vulg. a MILLIO et BENGELIO non nominatus 21. *uestimentum*) uestimenta. 31. *in tota terra illa*) in totam terram illam. 38. *ut mittat*) ut eiciat.
- X, 11. O. autem. 13. *domus illa*) O. illa. 14. *vel ciuitate*) A. de. 17. *Cauete autem*) caueete enim. 21. *Tradet autem*) tradet enim. 23. *Amen*) A. enim. MILLIUS: Deest *ἡ* in *Cant.* cet. Adde Vulg. 26. *est operatum*) O. est. 27. *in aure*) O. in. 28. *& animam*) O. et. *gekennam*) gehenna. 30. *capilli*) A. et. 34. *venerim*) ueni. 35. *hominem*) filium.

XI, 7. *in desertum*) in deserto. 8. *mollibus*) A. uestimentis. 12. *violenti rapiunt*) uī facientes diripiunt. 14. *recipere*) scire. 23 *in calum*) ad caelum. *vsque in hanc diem*) in hunc diem. 30. *leue*) A. est,

XII, 1. *Sabbato per fata*) per fata sabbato. *discipuli autem*) discipuli eius. 15. *recessit*) secessit. 29. *diripiet*) diripiat. 31. O. *spiritus autem blasphemis non remittetur*. 38. *et Pharisei*) et pharisei. 38. *mala*) uiperarum. 42 *quia uenit*) qui uenit. 44. *inuenit eam*) O. eam. 47. *Dixit autem*) et dixit.

XIII, 2. *in nauiculam*) O. in. *stabat*) staret. 3. O. multa. 4. O. caeli. *habebat*) habebant. 7. *in spinas*) in spinis. 8. *dabant*) dabat. 11. *mysteria*) mysterium. 14. *Et adimpletur*) ut adimpleretur. 20. *super*) supra. 23. *centesimum*) centum. *sexagesimum*) sexaginta. *trigesimum*) triginta. 30. *utraque*) itaque. 33. *eis*] *dicens*. 37. O. illis. 44. *qui inuenit*) cum inuenerit. *emit*) emet.

XIII, 3. *allegauit*) allicauit. 8. *praemonita*) praemunita. *a matre sua*) A. dixit. 9. *recumbebant*) simul discumbebant. 10. *Misitque*) et misit. 13. *in nauicula*) in nauiculam. *secute sunt*) secuti sunt. 19. *super*) supra. 22. *compulit*) iussit. 31. *extendens*) attendens. 32. *ascendissent*) ascendisset.

XV, *patrem*) A. tuū. *matrem suam*) O. suam. 12. *verbo hoc*) O. hoc. 14. *et duces*) O. et. 17. *emittitur*) mittitur.

XVI, 4. *scire*) cognoscere. O. prophetae. 8. *intra uos*) inter uos. 9. *in quinque*) O. in. *in quattuor*) O. in. 13. *Quem*) A. me. 14. *Alij*) quidam quidem. 18. *inferi*) inferni. 19. *et incalis*) O. et.

XVII, 4. *Mosi*) A. et. 10. *oporteat*) oportet. 12. *in eo*) in eum. 14. O. ante eum. 20. O. Iesus. O. quippe. *transibit*) transiit. 24. O. ei.

XVIII, 3. *efficiamini*) facti. 11. *Venit enim*) uenit autem. *relinquit*) relinquet. 13. *gaudet*) gaudebit. 15. *lucratus es*) lucratus es. 16. O. adhuc. 17. *si autem*) A. et. 19. *quamcuque*) quaecumque. 24. *debat ei*) O. ei. *redderet*) reddere. 26. *Procidens*) procedens. 31. *facta fuerant*) facta erant. 33. *nonne*) non. *et ego*) O. et.



XVIII, 4. *qui fecit hominem*) O. hominem. Apud MILLIVM post *Colb. 2.* adde: *Vulg. 7. dare libellum*) dari librum. 9. O. et qui dimissam duxerit, moechatur. 11. O illis, 12. *castrauerunt*) eunuchizauerunt. 14. *vero*) autem. 19. *patrem tuum, & matrem tuam*) O. tuum, tuam. 20. O. a iuuentute mea. 27. *relinquimus*) derelinquemus.

XX, 1. *Simile est*) A. enim. Adde apud MILL. Omittit *Vulg. 6. et dicit*) et dixit. 7. *in vineam meam*) O. meam. 9. *venerant*) uenerunt. 14. *& huic*) O. et. 16 *enim sunt*) sunt autem. 19. *illudendum*) deludendum. 21. *ad sinistram*) A. tuam. 23. *vel sinistram*) et sinistram meam. 31. *inrepebat eos*) increpabant eis.

XXI, 1. *appropinquassent*) adpropinquarent. *discipulos*) A. suos. 2. *alligatam*) ligatam. 4. O. totum. *adimpleretur*) impleretur. 5. *sedens*) A. et. 7. *super eos*) super eis. 9. *venit*) uenturus est. *intrasset*) introisset. 13. *& dicit*) et dixit. 15. *clamantes in templo*) in templo clamantes. 16. *dicunt*) dicant. 17. *in Bethaniam*) in bethania. 19. *in ea*) in eam. 21. *Tolle*) A. te. 25. *baptismus*) baptisma. 28. *in uinea mea*) in uineam meam. 31. *Dicunt ei: Primus*) dicunt nouissimus. *quia*) quod. *in regnum*) in regno. 33. *sepem circumdedit ei*) saepe circumdedit eam. *fodit*) fodiit. 42 *Numquam*) numquid.

XXII, 1. O. iterum in parabolis eis, dicens. 6. *contumeliis*) contumelia. 7. *audisset*) uidisset. 13. *Ligatis manibus, & pedibus eius*) legatis pedibus eius et manibus. 14. *enim*) autem. *vero*) autem. 15. *inierunt*) fecerunt. 17. *uidetur*) uideatur. 18. *Cognita autem Iesus nequitia*) cognouit autem ihs cogitationes. 29. *ait*) dixit. 31. *autem*) enim. 32. *uiuentium*) uiuorum. 34. *impofuisset*) inposuit. 37. *in tota*) ex tota. 45. *David*) A. in spu.

XXIII, 2. *Moyfi*) moysis. 3. *Omnia ergo*) omnia enim. *secundum opera vero*) O. vero. 4. *enim*) autem. 6. *Amant autem*) amant enim. *recubitus*) acubitos. 9. O. vobis. 12. *exaltauerit*) exaltauit. *humiliauerit*) humiliat. 13. *quia*) qnm. *domos*) domus. *orationes longas*) oratione longa. 16. *in auro*) in aurum. 17. *an templum*) aut templum. 18. *in altari*) in altare.

Sic vs. 26. *quicumque autem*) O. autem. 21. *quicumque*) qui. 26. *ut fiat id*) A. et. 25. *rapina*) rapinae. 27. *parent*) apparent. sic vs. 28. *apparetis*.

XXIII, 1. *aedificationes*) aedificationem. 2. O. *respondens. videtis*) uidebitis. 3. *aduentus tui*) O. tui. 6. *Audituri enim*) audituri autem. 7. *consurget*) consurgent. 9 O. *gentibus*. 14. *Euangelium regni*) euangelium meum. 15. *ergo*) autem. *in hieme*) O. in. 23. *hic est*) O. est 26. *ergo*) autem. 30. *parebit*) apparebit. 31. *Et mittet*) emittet. 35. *autem*) vero. 42. *uenturus sit*) uenturus est. 46. *Dominus eius*) dñs suus. 49. *cum ebriis*) cum ebriis.

XXV, 11. *Nouissime vero veniunt*) nouissimae uenerunt. 14. O. *peregre*. 18. *abiens fodit*) abiit et fodiit. 19. *temporis*) tempus. 27. *committere*) mittere. 32. *ante eum*) ante faciem eius. 34. *dicet*) dicit. sic vs. 40, 41. *paratum*) praeparatum. Ita vs. 41, 36. 37. Verba: *nudus et operuistis me* leguntur in margine, sed vs. 37 in fine post: *potum*. 37. *pauimus te*) O. te. 39. *aut in carcere*) et in carcerem. 43. *cooperuistis*) operuistis. Eodem modo vs. 36. 44. O. ei.

XXVI, 10. *huic mulieri*) O. huic. *opus enim*) O. enim. 12. *enim*) autem. 14. *dicebatur*) dicitur. 31. *dicit*) dixit. 32. *resurrexero*) surrexero. 39. *procidit*) caecidit. 50. *ad quid*) ad quod. 56. *adimplerentur*) implerentur. 61. *reaedificare*) aedificare. 64. O. Dei. 67. *eius*) ei. 71. O. ancilla. 73. *et tu*) O. et. 75. *fleuit*) plorauit.

XXVII, 5. *abiens*) abiit et. 27. *in praetorium*) in praetorio. 30. *in eum*) in faciem eius. 31. *chlamyde*) chlamydem. 35. O. sibi. O. *ut impleretur* v. a. f. *commatis*. 40. *destruis*) destruit. O. Dei. *reaedificas*) aedificas. 43. *confidit*) si confidet. 44. *crucifixi*) fixi. 46. *Deus meus, Deus meus*) dñs dñs meus. 49. *sine videamus an ueniat Elias liberans eum*) finite an uideamus si ueniat helias et liberet eum. 58. *petiit*) petit.

XXVIII, 2 *enim*) autem. 6 *videte*) O et. 7. *in Galilaam*) in galilaea. *praedixi*) dixi. 15. *edocti*) docti. *in hodiernum*) O. in.



MARCVS

I, 5. *Jordanis*] iordanne. 8 *Ego baptizavi vos aqua*] ego quidem baptizo vos in aqua. *spiritu sancto*] A. in 9. O. a Ioanne. *eratq3*] et erat, 15. *Euangelii*] A. in 18. *retibus*] A. suis. 19. *componentes retia in nau*] in nau componentes retia. 21. *ingrediuntur*] ingressi sunt. *in synagogam*] O. in. 22. *doctrina*] doctrinam. 23. *in spiritu immundo*] habens spiritu immundu. 27. *quenam*] quae. *in potestate etiam*] cum potestate et. 29. *egredientes*] egrediens. 34. A. xpm esse. 35. *egressus abiit*] egressus est et abiit. 36. *prosecutus*] confsecutus. 41. *extendit*] extendens. 43. *statimq3 eiecit*] statim et eiecit.

II, 3. *ad cum ferentes*] offerentes ad eum. 8. *quia sic*] quod sic. *dicit*] dixit. 9. *an dicere*] aut dicere. 12. *mirarentur*] admirarentur. 13. *omnisq3 turba veniebat*] In plurali. 15. *in domo*] in domum. 18. *Pharisaei*] phariseorum. *veniunt*] uenerunt. 19. *nuptiarum*] sponsi. O. Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare. 20. *Venient autem*] ueniet. *in illis diebus*] in illa die. 41. *assumentum*] plagulam. *assuit vestimento veteri*: *alioquin aufert supplementum nouum a veteri*] super comprehendit in uestimentum uetus sin autem tollit ab eo multitudinem noua plagula. 22. *nouum*] nouellum. 23. O. Dominus. Vulgatum omisit MILL. *progredi*] praegredi. 26. *in domum*] O. in. *sacerdotibus & dedit eis*] solis sacerdotibus et edit ipse.

III, 1. *in synagogam*] O. in. *in medium*] in medio. 5. *caecitate*] caecitate. 6. *Exeuntes autem Pharisaei, statim*] exeuntes autem statim pharisaei. 7. *Iesus autem*] et ihs. *nulta turba*] multae turbae. *secuta est*] secutae sunt. 2. *quia*] quoniam. 25. *non potest*] et non poterit. 29. *in spiritum sanctum*] in spiritu sancto. *habebit*] habet.

III, 4. O caeli. 5. *habuit*] habebat. 10. *parabolam*] quae est parabola ista. 11. *nosse*] scire. 15. *Hi autem sunt, qui circa uiam, ubi seminatur uerbum, & cum audierint, confestim uenit satanas, & aufert uerbum, quod seminatum est in cordibus eorum.*] hi autem qui circa uiam sunt. ubi seminatur uer-

uerbum. et cum audierint. confestim uenit satanas. et auferet uerbum quod seminatum est. de corde eorum. 19. *efficitur*) efficiuntur. 24. O. et adijcietur uobis. 31. *in terra*) in terram. 35. O. in illa die, cum fero esset factum. 36. *ut erat*) ut erant.

V, 7. *dixit*) dicit. *altissimi*) summi. 13. *ad duo millia*) erat autem quasi duo milia. 14. *in ciuitatem*) in ciuitates. 19. *admisit*) dimisit. 23. *quoniam*) quia. *manum*) manus. 29. *quia*) quod. 33. *vero*) autem. 40. *irridebant*) diridebant. *ingreditur*) ingrediuntur. 41. *magno*) maximo.

VI, 2. *in doctrina*) in doctrinam. 3. *hic*) iste. 4. *Et in domo sua, Et in cognatione sua*) et in cognatione sua et in domo sua. Ordinem uerborum a Vulg. mutatum MILLIUS non adnotauit. 7. *vocauit*) conuocauit. 10. *Quocumque introieritis in domum*) in quacumque introieritis domum. 13. *agros*) infirmos. 17. *in carcere*) in carcerem. 19. *nec*) et non. 21. *accidisset, Herodes*) accedisset herodis. 25. O. statim. 26. *contristatus est*) O. est. *discumbentes*) recumbentes. 27. *praecipit*) praecipit. 31. *et nec*) O. et. 32. *in nauim*) in nauis. 38. *dicunt*) A. ei. *quinque*) A. panes. *supra*) super. 52. *intellexerunt*) intellexerant. 55. *se habebant*) O. se. 56. *in ciuitates*) O. in.

VII, 2. *panes*) panem. 3. *enim*) autem. *lauerint*) labent. 4. *Et a foro*) A. cum uenerint. 5. *communibus*) non lotis. 7. *Et precepta*) O. et. 10. *vel matri*) aut matri. 11. *profuerit*) prodeerit. 19. *intrat*) introiit. *in ventrem vadit*) O. vadit. 21. *enim*) autem. 28. *dixit*) dicit. 37. *fecit*) facit. Bis in hoc commate.

VIII, 2. *turbam*) turbas. 3. *dimisero*) dimiserimus. 6. *praecipit*) praecipit. *turbæ*) turbis. *manducauerant*) manducauerunt. 11. *conquirere*) disceptare. 13. *ascendit*) ascendens. *nauim*) in nauis. 19. *quot*) A. et. 20. *Et dicunt*) O. et. 22. *Bethsaidam*) bethania. 23. *apprehensa manu*) adprehendens manum. *Si quid*) si aliquid. 26. *in vicum*) in uico. 34. *me sequi*) post me uenire. 36. *faciat*) facit. 37. *commutationis*) commutationem. 38. *confusus*) confessus. *confundetur*) confitetur.

VIII, 3. (*) *Et candida nimis*) O. et nimis. 5. *nos*) nobis. 8. O. secum. 9. *cuiquam*) cui. 11. *uenire*) aduenire. 12. *contemnatur*) contemnetur. 13. *Et Elias*)

(*) Sequor in numeris commatum editiones Graecas. In vulgata primum huius capituli iungitur praecedenti, ut quoque debuit.



Elias) O. et. 15. *Iesum*) eum. 18. *alidit*) elidet. 20. *in terram*) in terra. 22. *in aquas*) in aquam. 24. O. Domine. 26. *exclamans*) clamans. 27 O. & surrexit. 35. *residens*) respondens. 37. *quicumque*) qui. 41. *non*) A. quia. *extinguitur*) extingueretur. 45. *inextinguibilis*) inextinguibilem. 47. *luscum*) caecum.

X, 9. *coniunxit*) iunxit. 17. *rogabat eum*) A. dicens. *percipiam*) possideam. 25. *in regnum*) O. in. 26. *potest*) poterit. 27. O. omnia enim possibile sunt apud Deum. 29. *domos*) domus. & *matres*) et patre aut matrem. 30. *eternam*) A. accipiet. 32. *Ierosolymam*) in hierosolymis. 33. *Ierosolymam*) hierosolyma. 34. *illudent ei*) inludent eum. 37. *in gloriatua*) in gloriam tuam. 38. *baptismo, quo*) baptismum quem. Sed vs. 39. baptismum quo. 39. *baptizabimini*) baptizamini. 40. *ad sinistram*) O. ad. 46. & *discipulis eius*) cum discipulis suis. *filius*) A. ecce.

XI, 1. *Ierosolyma, & Bethania ad montem oliuarum*) hierosolymam. bethphage et bethaniae ad montem oliueti. 3. *dimittet*) dimittit. 4. *in biuio*) in transitum. 8. *cadebant*) cedentes. 11. *in templum*) in templo. 15. *Ierosolymam*) hierosolymis. 17. *Nonne*) non. 18. *doctrina*) doctrinam. 22. *fidem*) fiduciam. 24. *petitis*) petieritis. 26. Deest totum comma. 29. *Interrogabo*) interrogo. 32. *timemus*) timebunt. 33. *dicunt Iesu*) dixerunt ad ihm.

XII, 1. *fodit*) fodiit. 3. *dimiserunt*) remiserunt. 5. *cadentes, alios vero occidentes*) ceciderunt quosdam occiderunt. 14. O. dabimus. 17. *super eo*) super eum. 18. *interrogabant*) interrogauerunt. 20. *accepit*) accipit. 25. *angelis*) A. di. *in caelis*) in caelo. 29. *Deus tuus*) ds noster. 30. *diliges*) diligis. 32. *alius*) alter. 38. *salutari*) salutare. 39. *discubitus in cenis*) discubi in conuiuuiis.

XIII, 1. *Structura*) A. templi. *Non reliquetur*) A. amen dico tibi quia. 6. *ego sum*) A. xps. 7. *fieri*) A. haec. 8. *enim*) autem. *contra*) supra. 9. *Initium*) initia. 14. *desolationis*) A. quod dictum est a danihelo propheta. 15. *descendat*) descendant. 16. *reuertatur*) reuertetur. 17. *nutrientibus*) lactantibus. 27. *mittet*) mittit. 29. *in ostijs*) regnum di. 34) *praecipit*) praecipiat.

XIII, 1. *autem*) enim. *in populo*) populi. 4. O. *unguenti*. 8. *hæc fecit*) hoc fecit. 9. *in uniuerso mundo*) in uniuersum mūdum. 12. *Quo vis*) quos uis. 14. *Et quocumque*) in quocūque. 16. *parauerunt*) praepraeparauerunt. 20. *Qui ait illis*) quibus ait. O. *manum*. 21. *tradetur*) traditur. 22. *benedicens*) benedixit. *effundetur*) effunditur. 25. *quia*) quod. *hoc genimine*) generatione. *illud nouum*) illum nouum. 26. *hymno dicto*) ymnum dicentes. 27. *scandalizabimini*) scandalum patiemini. O. *in nocte ista*. 28. *posteaquam*) postea cū. 29. O. *in te*. 30. *priusquam*) antequam. 31. *tibi*) tecum. 38. *vero*) autem. 40. *grauati*) ingrauati. 41. *tradetur*) traditur. 43. *de duodecim*) ex duodecim. *sacerdotibus*) A. *missi*. *scribis*) A. *ab. senioribus*) A. a. 45. O. *Aue*. 54. *ad igne*, *Et calefaciebat se*) et calefaciebat se ad igne. 58. *per triduum*) post triduum. 60. *in medium*) in medio. 61. O. *Dei*. 62. O. *virtutis Dei*. 68. *quid dicas*) quid dicis. 72. *uerbi*) uerbum. *cantet*) cantauit.

XV, 4. *uide*) uides. 16. *in atrium*) in atrio. 17. *purpura*) purpuram. Sic *vf.* 20. *educunt*) ducunt. 27. *duos*) duo. 28. *impleta*) adimpleta. *reputatur*) deputatus. 29. O. *Dei*. *reædificas*) aedificat. 30. *temetipsum*) teipsum. 31. *illudentes*) ludentes. 32. *credamus*) A. ei. 33. *in horam*) ad horam. 38. *a summo*) a fursum. 40. *erat*) erant et. *Magdalene*) magdalena. Sic *vf.* 47 et XVI, 1. 9. 41. *Ierosolymam*) hierosolimam. 43. *audacter*) constanter.

XVI, 5. *stola candida*) stolam candidam. 10. *cum eo*) cum ea. 12. *in uillam*) in uilla. 14. *iis, qui*) his qui. *crediderunt*) crediderant. 18. *agros*) agrotos. 19. O. *Iesus*.

VIII

Vltimum denique, praecipuum autem huius tractationis caput in collectione variantium lectionum in opere MILLIANO non exstantium consistit. Quaedam sensum non mutant, aliae uero sperni non possunt, de quibus autem penes theologos sit omne iudicium, cui animaduersiones meas qualescumque inter collationem subinde natas subiectas esse uolo.



MATTHAEVSJ

II, 23. *per esaiam prophetam.* Ita codicibus omnibus dissentientibus. Pro Ief. xxxviii, 6 pluribus disputat OEDERVS Obs. Sacr. xvii a p. 262. Conf. quoque FR. EBERH. BOYSEN in der Krit. Erleut. des N. T. aus des Syr. Verf. ad h. l.

III, 17. O. λέγσα.

III, 16. ὁ λαός) A. *gentium.*

V, 25. O. ταχύ.

VI, 19. καὶ ὅπῃ) O. καὶ. 33. O. τῆ θεῶ.

VII, 11. O. ὑμεῖς. δόματα ἀγαθὰ) O. ἀγαθὰ.

VIII, 28. δύο) A. *homines.*

VIII, 3. A. *quis potest dimittere peccata nisi solus ds.* Conf. Marc. II, 7. 8. O. ἐπὶ τῆς γῆς. 18. τὴν χειρὰ σου) O. σου. 23. καὶ ἰδὼν) A. *ibi.*

X, 22. ὑπὸ πάντων) A. *hominibus.* 42. O. ἕνα.

XI, 10. ἰδὼ) A. *enim.* 25. O. κύρις.

XII, 2. ἔξεσι) A. *eis.* 17. O. Ἡσαίας. Vid. BENGELII Varr. 22. δαίμονιζόμενος) A. *homo.* 45. καὶ τῆ γενεᾷ) O. καὶ.

XIII, 15. O. καὶ ἐπιστρέψωσι. 17. O. γὰρ. 31. ἔσπειρεν) A. *eum.*

XV, 9. Μάτην δε) O. δε. 11. O. ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον usque ad finem commatis. 22. O. αὐτῶ. 30. O. καὶ ἐθεράπευσεν αὐτὸς.

XVI, 16. O. ζῶντος. 21. A. *et ab initio.*

XVII, 7. καὶ μὴ) Ο. καὶ. 9. Ο. αὐτοῖς. 17. Αποκριθεὶς δὲ) Ο. δὲ. 20. Ο. ἐκεῖ. Vid. BENGELIUS.

XVIII, 5. Ο. παιδίων. 12. οὐχι) Α. ποτῃ.

XVIII, 13. Ο. καὶ προσέυξηται. 23. 24. Ο. ὅτι δυσκόλως πλάσιος εἰσελεύσεια εἰς τὴν βασιλείαν τῶν ἐραυνῶν. Πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν.

XXI, 8. Ο. ἄλλοι δὲ ἐκοπήθησαν vsque ad finem versus. Bis enim legitur ibidem in uia, unde omisio originem duxit, docente S. R. D. CHR. BENED. MICHAELIS Praeceptore meo summo in Tr. de var. lect. N. T. §. 4. c. (*) 23. Ο. διδάσκοντι. 27. Ο. καὶ αὐτός,

XXII, 21. Α. Iesus.

XXIII, 21. Ο. κόσμος. 31. ἀπ' ἀκρῶν) Α. et. 50. ἤξει) Α. autem.

XXV, 7. Ο. αἱ παρθένοι. 15. ἐκάστω) Α. autem. 22. ἴδε) Α. et. 38. περιεβιάλομεν) Α. et. 40. Ο. τῶν.

XXVI, 20. Ο. δώδεκα. Cum discipulis. 38. μένατε) Α. et sedete. 62. Ο. ἔφοι.

XXVII, 9. Loco ieremias exstat Esaias. Conferenti mihi hanc lectionem cum II, 23, XII, 17 propemodum statuerim, nomen prophetae ab euangelista fuisse omissum, Hebraeorum more, de quo vid. WAELH. NERI Ant. Ebr. sect. II c. 36. MILLII namque solutio huius problematis Gordium istum nodum nequaquam soluit. Potius unicum datur refugium in iis, quae docet S. R. D. I. AVG. ERNESTI, Vir summus, in Inst. Interpr. N. T. P. I. sect. II c. 6 §. I. Conf. quoque L. BRUGENSIS not. ad h. l. 21. Ο. ὑμῖν. 26. Ο. φεραγελλώσας. 29. Ο. αὐτῶ. 45. Ο. ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. 61. Ο. ἐκεῖ. 62. Ο. καὶ οἱ φα-

(*) Quid igitur de ἐν εἶσι et ἐν εἰσιν I, Ioh. V, 7. 8 sentiendum, exinde patet.



εἰσαῖοι τῆς Πιλάτου. Sunt autem haec verba ab alio in margine adscripta.

XXVIII, 16. O. εἰς τὸ ὄρος. 20. A. ~~ἀμην ἀμην ἀμην~~. Qua additione librarius pietatem suam declaravit.

MARCUS

I, 6. ὁ ἰσχυροτέρους μὲν) O. μὲ. 14. Μία δὲ) O. δὲ.

II, 15. καὶ ἠκολούθησας) O. καὶ. 20. Ελευσούμαι δὲ) O. δὲ.

III, 11. 12. Deest vtrumque comma, 33. O. αὐτοῖς. 38. O. ἐστὶ.

III, 24. O. καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς. βλέπετε τί ἀκῆετε. 34. O. αὐτῶν. 35. O. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.

V, 5. ἦν) A. et. 15. Θεωρεῖσιν) A. hōmīnem. 23. O. πολλὰ.

VI, 11. μηδὲ ἀκῆσωσιν ὑμῶν) O. ὑμῶν. 31. καὶ εἰδὲ) O. καὶ. 38. O. καὶ γνώσεις. 49. A. et uolebat preterire eos.

VII, 22. O. ἀσέλγεια. 27. οὐ γὰρ) O. γὰρ. 33. τὰ ὅλα αὐτῶν) O. αὐτῶν.

VIII, 5. εἶπον) A. εἰ.

VIII, 2. O. εἰλβούσα.

X, 12. μοιχᾶται) A. super illum similiter et qui dimissam ducit moechatur. 15. ὅς) A. enim. 28. O. ἰδὲ. 40. καὶ ἐξ) O. ἐξ. 48. O. πολλοί.

XI, 25. ἵνα καὶ) O. καὶ.

XII, 5. ἄλλον) A. et. ἄλλος) A. misit. 31. O. ἔσιν. 32. καὶ εἰ) O. καὶ.

XIII, 2. Ο. τὰς μεγάλας, 3. Ο. αὐτὸν. In margine autem legitur. ΙΙ. Α. *qui loquitur in vobis.*

XIII, 12. Ο. ἵνα Φάγης, 21. Ο. ἦν, 35. Ο. ἵνα, 41. 1δδ) Α. et, 44. Ο. καὶ ἀπαγάγῃς ἀσφαλῶς, 72. Ο. δις.

XV, 7. οἴμεις) Α. et, 9. θέλει) Α. autem.

XVI, 9. Ανασῶς δε) Ο. δε, 10. Εκείνη) Α. et, 11. καὶ) Α. quia, 20. Deest integrum comma, propter defectum spatii, quod librarius excedere noluit.

VIII

Nisi itaque omnia me fallunt, videre in his lectionibus, quamvis ex versione desumptis, nonnullas mihi videor, quarum gratia numerus reliquarum auctus est. Quod ultimo ad titulos et capitula spectat, quorum numeri iuxta textum ponuntur, non operae pretium fortassis erat, ut eorum cum diuisione STEPHANIANA recepta collationem instituissem. In Matthaeo sunt tituli LXXIII, et capitula CCCLV, in Marco tituli XXXVII et capitula CCXXXIII. Vnde numerus capitulorum Matthaei cum harmonia AMMONIANA et canone EVSEBIANO conuenit, sed in Marco ab iis paullo differt (*). E contrario tituli in Marco propemodum cum TATIANI numeris conspirant, in Matthaeo non item. Patet praeterea ex specimine codicis praeter has maiores antiquissimo aevo librariorum de minoribus diuisionibus cogitasse, quas nunc quidem *versus, commata* vocamus. Earum autem numeri in libro Rehdigeriano non exprimuntur,

Tantum

(*) Conf. MILLII Proleg. n. 662, 738 et de titulis n. 354.



SEQVNTVR

DVO

CODICIS REHDIGERIANI

FOLIA

(Tabula I.)

XXU **et**aperiēns os
sum do cebat
eos dicens;

XXUI **b**eatipauperes
spu. quoniam
ipsorum est reg
num caelorum;

XXUII **b**eatimites quo
niam ipsi possit
debunt terrā;

beatiqui lugent
quoniam ipsi
consolabuntur;

XXUIII **b**eatiquiesuri
unt etsitiunt
iustitiam quo
niam ipsisatu
rabuntur;

XXUIIIII **b**eatimisericor
des. quoniam

ipsi misericor
diam cosequen
tur;



beatimundocor
de. quoniam
ipsidm̄uidebunt;

beatipacifici
quoniam filii
dī uocabuntur;

beatiqui perse
cutionempa
tiuntur propter

iustitiam quo
niam ipsorum
est regnum
caelorum;

XXX **b**eatī estis. cū
maledixerint
uobis. et perse
cuti uos fueri.



et dixerint
omnem alium
aduersus uos
mentientes
propter me;
gaudete et exul-
tate quoniam
merces uestra
copiosa est in
caelis;

Sic enim perse-
cuti sunt pro-
phetas qui fu-
erunt ante uos
Uosestis sal-
terrae;
quod si salea
nuerit in quo
saliatur;
ad nihil ualeat

XXXII




ultra nisi ut
mittatur foras
et conculcetur
ab hominibus;
uosestis lux mundi
non potest ci-
uitas abscondi
supra montem
posita
Neque accendu-
lucerna met
ponunt eam
sub modio sed
supra candela-
brum ut luceat
omnibus qui in
domosunt;
sic luceat lux
uestra coram
hominibus



esset. paenitē
 tiaductusret
 tulittrigenta
 argenteosprin
 cipibus sacerdo
 tumetseniorib;
 dicen s;
 pecca uitra
 densanguinēiustū;
 Atillidixerunt:
 quidadnostu
 uideris;
 Etproiectisargē
 teisintemplo
 recessit
 Etabiitetlaqueo
 sesuspendit;
 principesautē
 sacerdotumac
 ceptisargenteis

dixerunt;
 nonlicetmitte
 reeosincorbo
 nanquia prae
 tium sanguinis
 est;

Consiliumautē
 initoemerunt
 exillisagrum
 figuliinsepultu
 raperegrinorū
 Propterhocuo
 catusesager
 illeacheldemach
 hocesager
 sanguinisusq^u
 inhodiernum
 diem;
 tuncimpletum
 est.



quoddictum
est per esaiā
prophetam di-
centem;

Et acciperunt
triginta arge-
teos praetia ad
praetia quem
ad praetia uerunt
a filiis isrl. et de-
derunt eos in
agrum figuli si-
cut constituit
mihi dñs;



CCCXX
Ihs autem stetit
ante praeside;
Et interrogauit
eum praeses
dicens;
tues rex iudaeorū:

dicite ihs.
tudicis;
Et cum accusare-
tur a principib;
sacerdotum et
senioribus nihil
respondit;
tunc dicit illi pila-
tus; non audis qua-
ta aduersus te
dicunt testimonia;

Et non respon-
dit ei ad ullum
uerbum. ita ut
miraretur pre-
ses euehementer;
Per diem autem
solemne cō-
sueuerat praes-
es dimittere

CCCXXI

CCCXXII







455

BS	16459	
3559	Scheibel	
9	Codex ...	
Sci	Rehdigerianus	
MAY 25	Von M. 407	MAY 25
	N.T. Sem	

BS

3559

.9

.Sci

Scheibel

Codex ...

Rehdigerianus
16459

JAN 2 1902

Von

MAR 21 1902

Seite 407

BS3559

.9

.Sci

16459